



## Universitätsbibliothek Paderborn

**ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,||  
REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC  
DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ  
& Bergiæ Duci ... ||**

**Grest, Wessel de  
Lemgo, [ca. 1584]**

Antiquitate Generis, Virtute, Doctrinaque Præstanti Viro, Vvesselo de  
Grest: summi Bilveldiæ prætorii assessurâ clarissimo, amico suo in primis  
observando.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34817**

ANTIQUITATE GE-  
NERIS, VIRTUTE, DOCTRI-  
NAQUE PRÆSTANTI VIRO,  
VVesselo de Grest : summi Bilveldiæ præ-  
torii assessorâ clarissimo, amico  
suo in primis ob-  
servando.

**Q**uum, VVessele, tuos capio, clarissime, versus:  
Ut comes, allicior, sim, sociusq; viae.  
Iam procul egressi spaciamur ab urbe per agros,  
Flectimus ad sylvas, ut sedeamus, iter.  
Carmina dum cœptas residentibus ædere nobis  
Musica frondosum concitat aura nemus.  
Echo per totum circumsonat undiq; montem:  
Cum Musis Clarius visus adesse mihi.  
Curibus arrestis sedeo: tu promere pergens,  
Exhilaras aures, corq; animumq; meum.  
Etq; ita me lepidos concentus aure notantem,  
Accrabis in modulos ceu Philomela pares.  
Protinus accensus querulae modulamine vocis:  
Hoc exile cano, te praeunte, melos.  
Nemo in utramq; sui securus, dormiat aurem:  
Virga parata malis quosq; ciere potes.

Non

Non modo quam varient cælestia signa tueri  
Christus, & ex ipsis nosse futura jubet:  
Verum etiam maculas vitiorum cernere fontes:  
Atq; timere sibi prompta flagella reis.  
Altitonans miris astrorum motibus orbem  
Terret: at oblitus crimen in omne ruit.  
Degener antiqui fastidit sacra: Deiq;  
Ac hominis vero non is amore flagrat.  
Multis, eeu dubitent, num pana sit ultima: præsens  
Vita nec est curæ: summa nec horæ necis.  
Non urbis Solymæ meditantur fata, minaci  
Quæ domini fletu diruta tota fuit.  
Hec D E U S exhibuit certa argumenta futuri:  
Cladis & hæc veré signa sequentis erunt.  
Nempe quod immineat cathedræ censura suprema:  
Vaticinatus enim Christus utrumq; fuit.  
Ista sed Æoliis tradunt ut inania ventis:  
Sanctanihil vatuum verba, minæq; juvant.  
Nam velut insinuat contages impia Mundi:  
In vetitam ferimur sus quasi lota luem.  
E Styge Pandoram dicas cum píxide missam  
In terras: tabem fundat ut inde mali.  
Esse vel aëreis dejectam sedibus Aten,  
Quæ gravat humanum pernicioſa genus.

Quin

Expositio sur l'Utrum Horumnum In Situ, & At. Odys. I.  
At. ut de piontatione nivis. Horum, laudamus quia raro  
et rite adducti sunt, ut secundum ab evanilacione multitudine, q[uod] apparet  
alii nivis from pebbles & lapis asperguntur. Xviij se p[ro]p[ter]a traxaste  
Tus, & d[icit]ur. — Contra Alp[us], qui est terra vacua, & impedita sit  
dicit piontatione cobyle nivis, nivis, nivis, germinib[us]. S. &  
est ad accidens sit piontatio de terra, q[uod] seru[s] in flexu. Hac enim Regi  
zona, q[uod] in monte, in fonte habent p[er]petuum. Si quis re  
apparetur, ergo ultiorum impianctus, ut terra infeste  
At. Alii uero, magis portant Noron Litteras et a sup  
plentu[m] At. dicitur a domino p[ro]p[ter]a.



Quin Erebi vacuas vel ab omni Dæmone clæses;  
Orbis & hunc cunctas perpolitare plagas.  
Incantatrices complerunt qmnia Sagæ:  
Quæ tenet obfessas impietate Sathan.  
Monstrat idem sacri spoliator miles, ab ipso  
Ut cor fæmineum: sicq; virile regi.  
Sic meritos vindex nos dextera punit loruæ:  
Ira uti tarda solet sævior esse D E I.  
Nam tandem aut bello lapsos, aut peste coercet:  
Aut solet ex esa nos onerare fame.  
Fax stygis urit adhuc, multos gravat æris egestas,  
Instat & horrendi fleibile Martis onus.  
Immo sub his turbis nostros civilibus agros  
Tentat Turca potens milite. Moschus item.  
In centone mali stratos nisi pœnitentiam  
Demissaq; pii fronte rogant opem:  
Adveniet quum nos minime sperabimus hostis  
Exterius, in media nocte ubi cuncta silent.  
Quare agite in multam peto vos ne stertite lucem,  
Surgere quos vigiles tempus, & hora monet.  
Exsurgat primus de somno, & origine patrum  
Afflicti curam pastor ovilis agat.  
Nobilitate graves gladium cum Cæsare stringant:  
Lædere ne quemquam cogitet hostis atrox:

Vos

Vos quoq; ruricola proscindite vomere terram,  
Ut sit in officio cui libet esca suo.  
Turpe soporifero jam nunc torpere veterno,  
Surgat in ascitum quisq; fidelis opus.  
Interea nobis paulatim irrepere vesper  
Cœpit, in occasum nube fugante diem.  
Surgimus extemplō, & cursu properamus ad urbem:  
Quisq; domum: lassi quo recreemur: abit.  
Quae sunt Musarum, quae sunt ibi prodita Phœbi  
Præsidis afflatu parva papyrus habet.  
Illatus, Greſti, volvi subjungere threnis:  
Percitus ardenti cordis amore cui.  
Perge citare graves Baccho, somnoq; sepultos,  
Musis, & nostro principe digna canes.  
Officium nec tu præstabis inutile, forsan  
Exempli uerint talia lecta piis.  
Discere tormentum non esse Tyrannide majus:  
Emendare suam nequit iamq; velint.

Johannes Grevingius  
Canonicus Bilveldiens.

LEM GOVIE,  
Excusum Typis CON RADI  
Grotheni.